

www.e-rara.ch

De dolore eiusque causis et remediis: theses physicae & medicae

Gaebelkhover, Adam

Basileae, 1596

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8026>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE DOLORE
EIVSQVE
 CAUSIS ET RE=
 MEDIIS: THESES
 physicae & medicae,

AB ADAMO GABEL-
 CHOVERO CARNO
 LVBIANO,

Decreto & auctoritate am-
 plissimi medicorum collegij,
 in inclyta Basiliensium Aca-
 demia, gratiâ Laureæ
 Doctoralis:

*Ad diem 19 Martij, hora lo-
 coq̃ consuetis, pro-
 posita.*

BASILEÆ,
 Ex Officina HIERONYMI
 GEMVSÆI,
 M. D. XCVI.



VIRO CLARISSIMO,
I V L I O C A E.
S A R I C L A V D I N O,
Medico & Philos.
præstantissimo, pri-
mo Bononien. Aca-
demiæ pra-
ctico,

I N

*Summi, erga ipsum, amoris,
observantia, gratitu-
dinis, testimo-
nium,*

Offert, Dedicat, Conse-
crat author.

DE DOLORE

THESIS I.

DOLORIS natura, quòd absq; illa a indicatio-
nes inueniri nō possint, nec sine indicationibus
curatio dogmatica institui b, uidetur medico co-
gnitu maximè utilis ac necessaria. a Gal. lib. 3. the-
rapeut. meth. cap. 11. lib. 8. de comp. med. per loc. cap. 1. lib. de
ijs quæ in arte med. fiunt. com. 1. cap. 1. b lib. 5. therap. meth. cap. 10. 2. the-
rap. cap. 7. & passim.

2. Quæ quidem non consistit in affectu, à quo actio im-
mediatè lædatur, nec causa est morbi, nisi assumat uehemē-
tiam c, sed consequens quid ac posterius, præter naturam
quidem, at à morbo causaq; seiunctum d: tale autem est
symptoma. c lib. 12. therap. meth. cap. 1. d lib. de sympt. diff. cap. 3.

3. Porro non est exiens immutatum, nec affectus qua-
litate permutatæ: uerum actio læsa, actio nempe sensus ta-
ctus, non aboliti aut imminuti, sed deprauati e. e lib. de diff.
sympt. cap. 3. & lib. artis med. cap. 8.

4. Deprauatur tactus functio, quando excedit metas na-
turalis sensationis f, & cum aliter quàm conueniat, per na-
turæ leges exercetur. Hoc fit dupliciter: uel cum non perci-
pitur tangibile tale, quale ipsum est, manēte sensu in poten-
tia g: uel cum dignotio quidem fit obiecti, sed non qua sen-
sitium solummodò est: uerum etiam, qua nocens & uio-
lentum, quatenus nempe cōtristat sensum & corrumpit h.
atq; in hunc modū deprauata tactus actio, est dolor. f Gal.
lib. de diff. sympt. cap. 3. g lib. 3. de simpl. fac. cap. 8 & 11. h Philos. 2. de ani-
ma, tex. 10 & 27. lib. 10. moral. Nico. cap. 4.

5. Quocirca nō externo tantum sensu constat dolor, sed
consequenti quoque actu appetitus: sicuti nec uoluptas in
externis consistit, sed ad appetitum sensitium refertur.
Arist. loc. citat.

6. Et hæc est natura doloris: Sensus tactus tristis, actio tactus
molesta. 2. de loc. aff. 2.

7. Quæ quidem eadem est semper generatim accepta,

A 2 semper

semper enim moleste sentimus : habet tamen latitudinem differentiarum non paruam, (modò enim punctionem moleste sentimus: modò mordacitatem : modò grauitatis sensus molestus est: aliàs tensio male afficit) à quibus deinde in varias species subdiuiditur.

8. Veluti membranis affectis tenuibus, punctionis sensus percipitur: *a* hinc pungens dolor seu acutus existit: & si corpus affectum crassum fuerit, uidetur ueluti *b* palus infixus. *a* Gal. 5. de loc. aff. cap. 2. & lib. de artis constit. cap. 15. *b* 2. de loc. aff. cap. 5.

9. Mordacitatis sensum præ se ferunt dolores inducti à materiæ acrimonia. *c* Tensionis fit imaginatio, ubi cauitates fluxione replentur, *d* ita ut adiacentes partes tendantur, tensione uidelicet per flatum uel multi humoris influxum. Et ab humorum plenitudine nō solū tensio, sed grauitas *e* quoq; percipitur. *c* 3. de loc. aff. cap. 9. & 2. de comp. med. per loc. cap. 2. *d* Gal. loc. cit. *e* 1. ad Glau. cap. 11. 3. de loc. aff. cap. 9.

10. Idq; potissimū in membris sensu carētibus, sed obductis membrana sensibili, qualia sunt epar, splen, renes, pulmones *f*, quibus hic dolor uidetur proprius: nam in horū quodlibet, adiacens membrana, per quam neruus dispergitur, sensu potitur. *f* 1. in 6. Epidem. 5. & 2. de loc. aff. cap. 4.

11. Fit sæpè denominatio non solū à proxima doloris sede, sed ab uniuerso organo, cui pars quæ uerè & proximè dolet insit: hinc cephalalgia *g*, pleuritis, cardialgia, arthritidis, nominantur. *g* Hipp. 1. in 6. Epidem. 3.

12. His annumeratur dolor pulsatilis, qui tamen non rectè inter species doloris refertur, accuratè si loqui uelimus: sed potius concursus est duarum rerum, nempe doloris & pulsationis. Gal. lib. de plenitud. cap. 6. 2. de loc. aff. cap. 3.

13. Fit autem, ut dolorem cum pulsu sentiamus, quando ingens inflammatio, uel erysipelas, uel abscessus, obsidet loca arterijs referta. 2. de loc. aff. cap. 3 & 7.

14. Itaq; dolor cum pulsu per se & primario affectu arterias molestat: per consensum autem continentes partes, eò quòd uicinarum contactu premātur, hinc membranæ, cum his nullæ insint arteriæ, cutis adenesq; unico duntaxat do-

loris

loris modo cruciantur, extensione. Gal. 2. de loc. aff. cap. 4.

15. Dummodò tamen pars affecta sensus sit particeps. Et enim nec in epate, nec renibus, nec pulmonibus, cum tumore præter nat. afficiuntur (quoniam nullas per totum ipsum corpus dispersus nervus est) huiusmodi dolor percipitur, sed grauitas duntaxat in ipsis sentitur. Gal. 2. de loc. aff. 3. Hipp. 6. Epidem. sect. 1. tex. 5.

16. Ceterum si agens mobile fuerit, dolor fit turgidus, qui à parte primariò affecta ceu radice incipiens, celeriter in adiacentes transfertur. 2. de loc. aff. 7.

17. Est & differentia non exigua in eo quod magis & minus recipit dolor, pro multitudine nimirum, crassitie, aut potentia rei dolorem faciētis: siquidem paruus humor plurimo, tenuis crasso *d*, permanens moto, ac denique minus refrigerans aut calefaciens, eo qui uehementiss. uim obtinet, minorem solet dolorem excitare. a Philof. 8. phys. tex. 82. & 3. meteor. sum. 3. cap. 2.

18. Cum igitur dolor symptoma sit eiusmodi, quatenus symptoma, nihil curationis indicat aut immutat *b*, sed ad id reduci debet, quod consequitur, ut effectus causam, & umbra corpus, in cuius remotione uera curatio, nec non ipsius symptomatis ablatio tota consistit. b 12. meth. med. cap. 1. & lib. de symp. diff. cap. 1.

19. Causæ uerò doloris uniuersim omnis illæ censerì debent, quæcunq; facultatem actionis opificem uitiant: siquidem fieri non potest, ut actio præter naturam lædatur salua facultate. 1. de loc. aff. cap. 2.

20. Læditur facultas, uel essentia ipsius uitiata *c*, uel præcipuo instrumento. Sed quodcunq; facultatem appelles, siue temperamentum corporis *d*, siue quid distinctum ab ipso, certum est, lædi facultatem non posse, parte cui facultas infidet, integra manente. c 3. de caus. sympt. cap. 1. d 2. ad Glauco. cap. ultimo.

21. Hinc quæcunq; corrumpunt partis naturam atq; immutant *e*, eadem & dolore afficiunt. e Plato in Timæo. Hipp. lib. de loc. in hom. Gal. lib. de inæq. intemp. cap. 3.

22. Natura autem *f* symmetria est sanguinis, pituitæ, ac

bilis utriusq; in calido, frigido, humido, siccio, & moderatio
quantitatis debita, & connexus omnium in unum: qua per-
turbata harmonia, naturam dissolui, & sanitatem perueri,
doloresq; produci necesse est. f *Gal. cum Hipp. lib. de nat. hum.*
com. 1. tex. 16. Gal. 1. de san. tuend. cap. 1.

23. Quamuis autem calefiat corpus, aut refrigeretur, tamē
non fit dolor, nisi eousq; procedat alteratio, ut simul conti-
nuum incipiat dissolui: & quamuis pars intumescat præter
naturam, tamē nondum dolet, quamdiu unitas, ut dictum,
non amittatur. *lib. de inæqual. intemp. cap. 5.*

24. Accidit & nonnunquam solui cōtinuum, absq; quòd
doleamus, ueluti sensim ac paulatim à siccitate. *lib. de trem.*
palp. & rig. cap. 6. 12. meth. med. cap. 7.

25. Itaq; causam doloris proximam & immediatam uni-
cam esse, sustinebimus, solutionem continui a, quæ essen-
tiam habeat in fieri, quæ subito ac cōfertim fiat. a 2. de comp.
med. per loc. cap. 1. 3. de fractur. com. 34. lib. de inæq. intemp. cap. 6. &
passim.

26. In hanccei ultimam reliquæ causæ omnes rectè re-
solvuntur, tanquam hæc sit meta atq; id ultimum, quòd nisi
perueniat tangibilis qualitatis actio, dolor minimè procre-
tur. b Calidum, uerb. gratia, fundendo substantiam diuidit,
frigidum densando ac comprimendo raras particulas: acu-
tum & subtile findendo, pungendo: durum ac graue con-
fundendo: crassum & multum distendendo. b 4. simplic. fac.
1. & lib. de inæq. intemp. cap. 6.

27. Agit sensibile cōmune auxilio proprii: & ideo remo-
tas dolorum causas censemus, quæcunq; sensum tactus per
se & propriè afficere apta sunt, & quæ ita uiolenter agūt, ut
naturam atq; unitatem partis dissoluant, cuiusmodi ex pri-
mis qualitatibus sunt, nec humiditas ex se sola c, nec sic-
citas: quoniam illa fouet potius ac conseruat continuum,
replendo omnia circumquaq; inania spacia: hæc nisi actiuis
sociam d repentè inferre uix potest. c 2. de comp. med. per
loc. cap. 1. d Paul. Aegyn. lib. 3. cap. 9.

28. Nec actiuxæ semper, nisi quādo inæqualiter & uiolen-
ter afficiunt c, nec ex secundis quælibet: sed quæ unitatem
dissoluant,

dissoluant, ueluti *f* incidentes, contudentes, distendentes,
erodentes. *e lib. de inæqual. intemp. cap. 5. lib. 2. de comp. per loc. cap. 1. 2. de caus. symp. cap. 1. & 6. in 6. Epidem. tex. 5. f 12. meth. med. cap. 6.*

29. Hinc duplex doloris causa statui potest, alteratio uide-
licet qualitatum, aut unitas dissoluta. *12. meth. med. cap. 7.*

30. Ad quas & tumores præter naturam referuntur, ut-
pote qui tum alteratione qualitatum subita, tum etiam di-
stensione magnitudinis efficiant dolores: *a* sic calculi, sic
uermes: nempe calculus, quia unitatem partis diuellit ten-
dendo: uermis, quia erodit, & simul *διονομαξίας* est causa. *a lib. de diff. morb. cap. 2. & lib. de tum. præ. nat. cap. 2.*

31. Doler igitur quælibet corporis pars ob triplicis generis
morbum aliquem: nempe quod uel intemperie laboret: uel
unitatis solutione: uel deniq; quod uitium sit in conforma-
tione, quæ ex partibus similaribus constat.

32. Per affectam partem continens os, tum magis mebra-
nas carnesq; audire oportet, ex quibus organum cõstat, per
unitatis solutionem nõ intelligimus modò pafsionem: sed
dispositionem permanetem: morbum partibus similaribus
ac dissimilaribus communem, à quo eiusmodi affectiones
solutionis substantiæ promoueantur.

33. Intemperies uel est calida uel frigida *b* simplices, mi-
nus autem *c* sicca, minimè humida, ideoq; ex compositis
nec calida & humida, nec frigida & hum. donec aliqua ma-
teria non regantur, ipsæ ex se dolorem notabilem inferunt.
*b 1. de caus. symp. 6. 3. Aph. 5. 2. de compos. med. per loc. cap. 1. c de com-
pos. med. per loc. cit.*

34. Dicimus autem calidum uel frigidum non absolutè,
sed per exuperantiam & comparatiuè, ad sym metrum ali-
quod quod in sit nostro corpori collatum: sym metrum dico
non cutem, sed medium in ea specie, sub qua quod calidius
dicitur, compræ hendatur. uerb. gr. cerebr. dico calidũ, quod
calidius sit quàm temperatissimo cerebro cõueniat. *3. de fac. simp. cap. 2. & lib. art. med. cap. 28.*

35. Ergo si in caliditate à medio præter naturã recedat, id
sit dupliciter: uel per se & propriè parte laborante: uel per
consensum alterius. *3. de loc. aff. cap. 5.*

36. Consen-

36. Consensum uoco, nō cum facultas *a* intercipitur, aut cum pars affecta indiget aliqua materia ad actionem necessaria, sed maximè propriè, quoniam actionis læsæ causam aliunde recipit. *a Hipp. lib. de loc. in hom. Gal. 1. de loc. aff. cap. 3.*

37. Fit autem, ut alienæ rei allapsu per consensum pars laboret in uniuersum trifariam *b*: nam aut humor aliquis affluit aliunde, aut uapor aduenit, aut qualitatis dūtaxat citra materiam fit communicatio, sola connexionē *c*, & quasi contagione cum parte affecta. *b 3. de loc. aff. 7. c 2. de ration. uict. ac. 48. 3. de loc. aff. cap. 1.*

38. Quæ autem in cōsensum trahunt, uel uicinæ sunt partes, cuiusmodi cerebro est uentriculus, epar, membra spiritalia: uel eiisdē *d* generis, ueluti cerebro sunt nerui, neruosq; partes, & quęcunq; numerosos ac magnos à suo principio neruos recipiunt: uel deniq; similitudine *e* operationis, ut māmīs partes genitales, familiares. *d 2. de ration. uict. ac. 48. 3. Epidem. sect. 1. com. 4. e loc. cit. 3. Epidem.*

39. Calidam itaq; intemperie à materiæ præsentia seiunctam per se affectæ parti conciliant tum interna, tum externa. *lib. de caus. morb. cap. 2. 1. meth. cap. 8. 4. de tuend. cap. 2.*

40. Exterius occurrit aer, & quęcunq; proportionē respondent, cibi, potiones, medicamenta: quę omnia adiuuāt dispositiones internæ, ut qui calidum habent cerebrum, facile ab euidenti causa calefaciente læduntur. *Gal. cum Hipp. 2. Aphor. 39. 3. Aphor. 3. Art. medic. lib. cap. 14. Arist. 1. de ortu & int. text. 25.*

41. Consensus uel est à toto, uel partib. determinatis, atq; eadem de frigida intemperie.

42. Siccitatem his adiungūt aeris cal. & sicca constitutio, thermæ omnes, præsertim calidę, salsæ, nitrosæ, bituminosæ, cibi exiccantes, uinum uetus & meracum, medicamenta resoluētia, digerētia, astringētia, austera, acerba, amara, salsa. *1. de simp. fac. 37. 4. de simp. fac. 2. 7. meth. med. cap. 6.*

43. Exiccant & labor nimius & uigiliæ immoderatæ, disponendo calorem ac spiritus: præterea animi perturbationes, propter inæqualem spirituum ac humorum intrō forasq; motum, ueluti ira, tristitia, aliæq; immoderatæ passiones omnes. *lib. de caus. morb. cap. 4. lib. de marcor. cap. 6. & lib. artis medic. cap. 83.*

44. Quæ

44. Quæ omnia exsiccant necessariò corpus uniuersum, aut saltem partes dispositas, atq; eò magis, si ex causis internis caliditas præter nat. diutius adsit. *s. de fac. simp. cap. 13. lib. art. med. cap. 14. Auic. lib. 1. fen. 1. tract. 3. cap. 1.*

45. Materiæ quæ *diuergentius* adiunguntur, alię solidiori & crassiori substantiâ constant, & sunt quatuor humores alterantes partem quam diluunt, aliæ tenui & uaporosa, ut halitus qui in corpore nostro excitantur, & flatuosi spiritus.

4. Aphor. 70. 5. Aphor. 64.

46. Præterea materiæ hæ duplicem possunt in morbis rationem obtinere. Nam aut in loco affecto generantur, uel in habitu uniuersi corporis, aut saltem in aliqua uel aliquibus partibus, à quibus transmissæ fluunt ad partem affectam.

47. Spiritus, siue humidus ac uapidus fuerit, siue siccus & flatuosus: solet paulatim congeri in parte, uel aliunde affluere: a quocunq; modo id accadat, causæ sunt uel occultæ uel euidentes. a *4. Aphor. 70. 2. de compos. med. per loc. cap. 1.*

48. Euidentes aër, b cibi potusq; calidi, uaporosi, medicamenta caput petentia, somnus diurnus, & maximè post repletionem, uacuationes consuetę retentæ, ex quibus tum intestinorum tum capitis fit repletio, Venus immoderata, & uehemens quibus nō conuenit c exercitatio. b *3. Aphor. com. 5. c 3. Aphor. com. 20. 2. Epid. sect. 3. tex. 6. Arist. 6. problem. 4.*

49. Causa interna uel est in contentis, uel in partibus. In partibus uitium est intemperies & quæcūq; dispositio, quæ aliquando in morbis censentur, cum actionem manifestè lædunt, aliquando in morborum causis.

50. Prouenit ab eis quod dictum trifariâ: nempe uel quatenus patiens reddūt morbis obnoxium, uel quatenus partium & maximè uiscerū lædunt functiones naturales, quibus læsis colliguntur excrementa, ut præcipuè imbecillitas uentriculi, cuius ratione multiplicati prauī succi, assiduos ad uicinas partes uapores transmittunt: uel quia uapores ac flatus suppeditant, ut inflammationes, ulcera partium infernarum, caliditas uisceris ac febris, quæ concitant humores, ac in flatus conuertunt.

51. In contentis habentur quicunq; humores, & maximè
B pituitosi:

pituitosi: siquidem calefacti supra modum, aut uehemētius commoti *a*, materiam euaporationis suppeditant, ad quæ ebrietas & omnis crapula referatur. *a* Arist. 6. problem. 4. Gal. 3. de caus. symp. 2.

52. Itaq; dictæ causæ tum materiæ rationem habent, tum efficientis: quippe sicut efficiens nihil ualet, nisi adsit materia quam moueat: ita nec materia quicquam præstat absque mouente aliquo.

53. Cum intemperie excessus humoris cuiusque esse potest, sitq; dolor non solum ob uiolentam qualitatum alterationem, sed etiam multitudinem oneratem, uel distendentem, & acrimoniam pungentem uel mordentem. 6. Aphor. 10. 4. Aphor. 70. 12. meth. med. 7. 2. de compos. med. per loc. cap. 1. & lib. de facili parab. cap. 7.

54. Cum sanguine calida sit intemperies, excedit autem sang. quia attrahitur offensæ partis caliditate *b*, dolore, uel transmittitur ab ijs quibus copia uel qualitate *c* est molestus. *b* lib. de tum. prat. nat. cap. 2. 5. simp. fac. cap. 17. 13. meth. med. cap. 6. Et lib. de cur. per miss. sang. ca. 8. 2. de feb. diff. cap. 12. & 3. de nat. fac. cap. 15.

55. Bilis quoq; calidæ intemperaturæ comes est, duplicem generationis locum habens, nempe uel in affecta parte ex sang. feruentiori, ex alimēto prauis succi, à calore exuperanti *d*. uerb. gratia, in uentriculo porracea *ισαρώδης* *e*, in epate & uasis, tum hæ species, tum maximè flaua, pallida, uitelina *f*: uel in alijs partibus expellentibus à se, quod copia aut qualitate officiat. *d* lib. art. medic. cap. 37. 2. de fac. nat. cap. 8. *e* lib. de atra bile, cap. 2. 2. de temper. 6. & 2. prognost. 39. *f* Hipp. loc. cit.

56. Cum pituita intemperies imitatur & ipsa affectæ sibi materiæ naturam, est autem humor frig. *g* & humidus, qui uel in affecta dolore parte generatur, uel aduenit aliunde. *g* 2. de diff. feb. 6. 8. de placit. Hipp. & Plat. cap. 4.

57. Generatur frustrata partis actione, ex qua fit ut multa *h* coaceruentur excrementa, læditur actio, uel læsa facultate *i*, uel errore externo: facultas læditur uel partis dispositionem, quæ duplex est, una quidem imbecillitas colligens excrementa, altera quæ ex collectis conciliatur *k*. *h* 3. de caus. symp. 4. 9. de usu part. 1. *i* 3. de caus. symp. 1. *k* 2. de diff. feb. 12.

58. Consi-

58. Consistit hæc infirmitas in frigida intemperie, à qua cruditas prouenit, sicut à calore perfectio. *Arist. 4. meteor. summa 1. cap. 3. Gal. 1. de nat. hum. com. 18. & art. med. cap. 38.*

59. Frigiditas duplicis est generis: nam uel pars refrigerata est & morbosa *a*, uel deficit calor natiuus. Deficit calor uel in quantitate, cum paucus adest sanguis, & pauci spiritus: uel in ipsa facultate, cum nō est efficax in agendo. Verba gratia, in cerebro ob excessum humiditatis, quæ frangat uim caloris *b* atq; obtundat. *a 3. de caus. symp. 4. b lib. quod anim. mor. cap. 4. 3. Aphor. com. 26. & 2. de diff. feb. cap. ult.*

60. Externus error alimentum est crudum, frigidum, uel multum, ex quo fit prouentus excrementorum, quamuis pars nihil sit passa.

61. Quæ autem transmittant tale alimentum, quæcunq; pars nostri corp. esse potest, sed præcipuè uentriculus, tanquam officina in qua fit crudi humoris collectio. *lib. de atra bile, cap. 3. 1. de nat. hum. 33. 2. de uict. acut. 30. 6. in 6. Epid. 51. & 5. de usu part. 4.*

62. Collectio fit propter causas externas uel internas. Externæ tum in exercitio corporis, tum maximè in uictu prauo consistunt.

63. Exercitij nomine intelliguntur qualescunq; labores, uel planè *c* neglecti, uel intempestiue adhibiti: planè neglecti *d* superfluitatem uel nouā colligentes, uel collectam antè, retinentes. *c 2. de rat. uict. acut. 50. 2. de sanit. tuend. cap. 2. d 2. uict. acut. cit.*

64. Quod pertinent uacuationes consuetæ retentæ, ut in crapulosis cauteria uel fistulæ intèpestiue occlusæ, luis Vener. imperfecta curatio, & in fœminis menses suppressi. *5. Aphor. com. 67.*

65. Labores intempestiui etsi per se calefaciant *e*, tamen per accidens, ubi modum exceßerint, refrigerant & cruditates pariunt, maximè si digestionem nondum *f* perfectam, fiant. *e lib. de caus. morb. cap. 3. f 2. de san. tuend. cap. 2. 4. de tuend. cap. 1.*

66. In uictu errores sunt, nimia ingurgitatio ciborum *g*, maximè pituitosorū, cuiusmodi sunt fructus horæi *h*, me-

iones, pepones, & cæteri facillè in uentriculo putrescentes:
huc pertinet inordinata & crebra ciborum ingestio, insueta
frigida potio, ebrietatis frequentia. g. 2. Aphor. 17. 4. in 6. Epi-
dem. 22. h. lib. de bon. & mal. succi cib. cap. 6. 2. de aliment. fac. cap. 2.

67. Interna causa uel partibus inest, uel in cõtentis. a Par-
tium uitia tum ad uentriculum attinèt, tum ad membra ui-
cina. a Gal. lib. de caus. morb. cap. 3.

68. Ventriculi est intemperies frigida, humida, uel ex his
composita, lædens coctionem. 1. de caus. symp. cap. 1.

69. Membrorum adiacentium, ueluti epatis, mesenterij,
intestinorum, quæcunq; intemperies esse potest, ut uel fri-
giditas, uel etiam nimia & præternaturalis caliditas, qua ni-
mirum robur uentriculi minuatur. 7. meth. med. cap. 7.

70. Contenti nomine intelligimus excessum pituitæ, cui
permisti alij succi quamuis utiles inquinantur. Hipp. & Gal. 2.
Aphor. com. 10.

71. Salsa uerò pituita altero horum modo efficitur. Aut
enim ex ipsamet hic sapor procreatur, aut aliunde falsi hu-
moris recipit admistionem. 2. de diff. feb. 6. Auic. lib. 1. Fen. 1. tract.
4. cap. 1.

72. Generatur salsedo omnis ex permistione eius quod
crudum est, cum aqueo. b. Intellige crudi nomine, non tale
quod caloris actionem planè effugit, neq; quod concoctum
non est, ob agentis impotentiam, maiori quidem existente
calore, quàm ut non moueat, minori autem, quàm ut perfi-
ciat. b. Philos. 2. meteor. summa 1. cap. 3.

73. Verùm quod à calore quantumuis exuperanti deuin-
ci non potuit, ex sui natura terrestri atq; inuisibilissima: cuius-
modi genus omne terræ quod mistis inest, uerb. gratia, in
combustione ligni pars terrestris, in coctione quæ fit in ani-
mantibus portio alimenti crassa, subsidens in urina: tale au-
tem adustum est & cinis. Auic. lib. 1. Fen. 1. tract. 4. cap. 1.

74. Porro non fit salsedo, nisi æqualia quodammodò sint
quæ miscentur adustum & aqueum, ut ne nimis alterum
aqua excedat, ac deniq; nisi à ualido calore fiat eiusmodi
permistio.

75. Quæ omnia in pituita eueniūt, quando ipsa putrescit:
liquidem

liquidem fit ut absumptis tenuibus relinquatur crassum, quod à calore putrefaciente exustum, permisto sibi alio, sal-
sum efficit saporem. 2. de feb. diff. cap. 6.

76. Sic qui cum sanguine per uasa fertur serosus humor, salsus euadit, permisto sibi, quod in alimento crudum est & adustum à calore excedenti, cui adiuncta pituita, fit & ipsa eiusdem saporis particeps: atq; hic alter est modus, cum nō ex ipsamet pituita producitur salsedo, sed ab alio commun-
nicatur.

77. Quæ cum melancholia est intemperies, uel est frigi-
da, uel calida, pro natura associati sibi humoris, qui duplicis generis est: alius fæx sanguinis, alius humor adustus, qui bi-
lis adusta uocatur. 3. Aphor. 22. 3. prognost. 27. 3. de loc. aff. 7. 14. meth. 9. & lib. de atrabil. cap. 3.

78. Prouenit succus melancholicus quandoq; ab intem-
perie partis affectæ, uerb. gra. à sicco cerebro, uel epate exic-
cante atq; incrassante humores, præsertim si in caliditate quoq; sit excessus. lib. de atrabile, cap. 6. 3. de caus. symp. 2. 3. de loc. aff. cap. 6.

79. Sæpissimè aliunde transmittitur ob uitia partium, & maximè uiscerum, quæ quidem trifariam dictum humorē adaugent: uel quia non segregant exactè fæcem à sang. ue-
luti a lien, cum non attrahit, aut uijs interclusis impeditur: uel quia absument partes tenues, & exiccant sanguinem: sicuti epar siccum b & calid. cōstitutio corporis calida c & sicca, febres diuturnæ, præsertim autumnales: uel deniq; in causa sunt, quatenus sang. multū & calidum producant d, quale epar est calidum & humidum. a 3. de caus. symp. cap. 2. 3. de loc. aff. 2. 1. de san. tuend. cap. 13. lib. de atrabile, cap. 6. b 5. de loc. aff. 7. 3. de caus. symp. 2. 1. de crisib. 11. 3. in 3. Epid. tex. 70. c 2. de temperam. cap. 6. d 7. Epidem. 70. lib. artis med. cap. 37.

80. Itaq; ubi non separatur probè fæx à sanguine, aut ubi quod tenue est digeritur, necesse est crassos succos multipli-
cari: sic ubi tota sanguinis massa fuerit crassior, ubi sanguis multum redundarit, multum fæcis residet.

81. Quæ sanè causa est, quod à 40. ad 60. annum, quo tem-
pore exiccari corpora incipiunt, melancholia & maximè in

sanguineis supra modum excedat. 3. Aphor. 30. 3. prognost. 28. aff. medic. cap. 37.

82. Huc referuntur errores in 6. rebus non naturalibus, & maximè caco-chymia, qua præsentē necesse est, etiam utiles succos peruertere. 2. Aphor. 10.

83. At adusta bilis non per subsidentiā generatur ut prior, sed per assationē, ex sanguine crassiori, aut bile a supra modum exultis: ita à cal. & siccitate epatis impensa, quæ non solum exiccet quod tenue est, sed & crassos insuper succos b adurat. a 3. Aphor. 12. 3. prognost. 27. 2. de feb. diff. 9. lib. de atra bile cap. 3. b 14. meth. med. 9. 2. prognostic. 39. 47.

84. Quò pertinet adustio alimēti, quod adeò prauum sit, ut facile in atram bilem trāseat, ceu sunt brassica, cepæ, olea-raq; consimilia. 2. de tempera. cap. 6. 2. prognost. 39.

85. Tumores præter nat. à quibus fit dolor, sunt φλεγμοναί, aut exquisitæ c, aut ἐρυσιπελατώδεις, σκισσώδεις, erysipelata quoque aut sincera aut spuria. At nec œdema, nec scirrhus, donec sanguinis plenitudinem non adsciscant, aut humor acquirat acrimoniam, ex se dolorem notabilem inferunt. c 14. meth. med. cap. 3.

86. A calculo fit dolor, quoties angusto loco inclusus, se- iungit ab inuicem continuas sibi particulas, tum distenden- do, tum incidendo. Gal. lib. de renum aff. cap. 2.

87. Causæ in genere materiæ habentur, quæcunq; exic- cari & indurari possunt, potentiam intellige propinquam, cuiusmodi genus omne luti, uerb. gratia, in animantibus fæx sanguinis, pituita crassa d, & uniuersim quicūq; succi cras- sitiem cum lentore habent coniunctam, quinetiam lapilli exigui connexi simul & concreti. d lib. de renum aff. cap. cit. Auic. lib. 3. Fen. 18. tract. 2. cap. 16.

88. Ex quibus prouenit calculus, defectu tum humiditū calidi, illo quidem ut disponente atq; inchoante concretio- nem, hoc autem perficiente.

89. Exiccant in genere tum calidum tum frigid. at nō eo- dem modo, nec in animantibus utrunq; e: congelatur ue- rò corpus ac densatur postea calidi defectu. c Arist. 4. meteor. summa 2. cap. 3. Gal. lib. de renum aff. cap. 2.

90. Fit autem, ut plurimis simul coeuntibus lapillis, lentore ceu uinculo compactis, corpus subinde maius euadat & accrescat, idq; uel non toto exeunte humido, uel toto omninò absumpto, ex quo fit diuersitas in magnitudine, paruitate, duritie, mollitie, &c. Auicenna lib. 3. Fen. 18. tract. 2. cap. 16. Arist. loc. citat.

91. Habent itaq; efficientis rationem & calor & frigus a, quamuis magis calor: ex remotis sunt uentriculi frigiditas, epar aut renes calidi b, siue naturales eiusmodi sint dispositiones, siue acquisititiae. a Gal. lib. de ren. aff. cap. 2. 6. Epidem. com. 2. tex. 15. b Philos. 4. meteor. summa 1. cap. 2.

92. Excitant sæpè dolorè lumbrici, ueluti ἀσκαρίδες, ἐλμινθες, ταινίαι & νεύριαι c, geniti præcipuè in intestino exputrescentis rei humido à naturali d & moderato calore. c 3. Aphor. com. 26. d Philosoph. loc. citat.

93. Putrescunt autem, dum fit uermis, maximè & potissimum excrementa, alimentum crudum e, ac pituita, quamuis etiam sanguis, & omninò quicunq; humor, dum modò secreto humido calor sit talis ut uincat, terminet ac permisceat. e Arist. loc. cit. & 5. de generat. animal. cap. 9. Hipp. 2. de morb.

94. Adiungitur iam enarratis, interdum uis quædam, nò minus proprietate substantiæ, quàm manifesta qualitate f, cum natura pugnans. Nam uel qualitas maligna communicatur parti, uel aura pestilens ac uenenata ascèdit, uel humores infecti caput petunt, ex quibus non solùm intemperies proueniūt malignæ, sed & inflammationes, deliria, ulcera mali moris, caries, deniq; uulnera fiunt chironia, uirus aliquod si accedat. f 2. de nat. hum. tex. 4. 6. in 6. Epidem. sect. 3. com. 3. & 5. 3. de temper. cap. 2. 3. simp. fac. cap. 21.

95. Habet autem prauitas, ortus sui principium aut internum, aut externum. Internum, ex prauis succis, ob insignè & excellentem putredinem g, quæ in certa corporis parte, siue etiam uniuerso habitu concitetur, & inde spiritibus, humoribus atq; etiam solidioribus partibus h communicetur, ob receptas per aërem exhalationes, è putredine profunda ac sordida, ob cōstitutionem aëris calidam & humidam quæ diu perseueret, ob improbam i uictus rationem. g 3. in 3. Epidem.

3. Epidem. 23. 2. in 1. prorrh. 17. 2. Aphor. com. 17. & 6. de loc. aff. 5. h. 3. de præfag. ex puls. cap. 4. 6. de loc. aff. cap. 4. & 3. in 3. Epidem. tex. 23. i. 2. de nat. hum. 3. 3. in 3. Epidem. 1. 2. & sequent.

96. Extrinsecus aduenit à re aliqua contagiosa per propagationem speciei, qua ratione tum uenenū, tum aliās quæcunq; forma sese multiplicat in communi subiecto & materia disposita a, tanquam actu inexistente una b, potentia autem pluribus. a Philof. 1. cæli, tex. 92. Auerro. 1. cæli. 92. & Zimara in Theo. b Arist. 2. de anim. tex. 2.

97. Sed nec procreatio fit ueneni citra actionem calidi & frig. in passiuas c, neq; actio sine contactu: d hinc tres in uniuersum sunt modi, quibus uenenum humano corpori communicatur. Namq; contactus uel fit sine medio, uel aëre medio, uel mediante fomite. c Arist. 2. de ortu & int. 48. & 4. meteor. sum. 1. cap. 2. d idem 1. de ortu & inter. tex. 44.

98. Immediatè inficiunt assumpta seu alimenta seu medicamenta e putrida & deleteria, morsus siue ictus feræ uenenatæ, telum toxico illitum, & imprimis Veneris usus cū infectis. e 2. Aphor. 17. 6. in 6. Epidem. tex. 5.

99. Medio aëre Thucididis pestilētia magna ex parte genita fuit, quòd propter uicinitatē ex Aethyopia putrida inquinamenta fluxerint f: & nunc ad distans sæpè spargitur contagium, cum uel aura pestilens ex antro spirat, uel bestiæ alicuius halitu uicinus aer & præterea homines atq; animalia inficiuntur. addimus quoq; aërē loco angusto inclusum, posse arte infici, ut pestifer euadat. f Thucyd. lib. 2. belli Peloponnes. Gal. 1. de diff. feb. cap. 4.

100. Per fomitem latissimè fertur lues, uestibus aut supellestili receptis cōtagij seminarijs, quæ ob crassitiem & lentorem diu sæpè abdita conseruantur.

101. Ad dignoscendum autem hæc uniuersa, obseruanda sunt quæ essentialiter morbis insunt, & quæ præcessere morborum causæ, & quæ consequuntur symptomata g, & lædētia adiuuantia. g Gal. lib. art. medic. cap. 7.

102. Caliditatis itaq; excessum indicat pars naturaliter calida, causæ calefacientes prægressæ, ardor qui iniecta parti manu percipitur, h dolor acutus, uehemens, aliæq; partis functiones

functiones læsæ. uerb. gra. æstuante uentriculo deprauatur
χύλωσις: affecto cerebro turbulenti sūt tum sensus tum mo-
tus i, accidunt deliria k. h 2. in 6. Epidem. 9. lib. artis medic. cap. 14.
i Arist. 2. de part. anim. cap. 7. Gal. art. medic. cap. 7. k 3. de loc. aff. cap. 7.
2. de caus. sym. 7.

103. Ad hæc exentia, exempli gratia, cerebro laborante
pauca & concocta a, epate aut renibus flaua & biliosa, uti-
litas deniq; quam præbent refrigerantia, & noxa calefacien-
tium, a Gal. art. medic. cap. 14. 41.

104. Frigus monstrant his opposita: siccitatem adiunctam
esse ostendunt & causæ quæ ipsam gignunt, & potissimum
siccitas cutis in parte ægra, durities, squallor, necnon totius
corporis macies.

105. Affectus secundarios cognoscet, qui proprios aliarū
partium scrutabitur diligenter, & quæ præcesserunt, & an
omnia, quæ concurrere solent, signa, uel aliqua duntaxat
appareant, an perpetuò & continenter adsint, uel nō adsint.
Auic. lib. 3. fen. 1. tract. 11. cap. 15.

106. Excessus primarum qualitatum cum materiæ presen-
tia, iisdem signis cognoscuntur, illis additis quæ materiam
inducant: quare si pars ueluti inanis appareat, & nullo pon-
dere prematur, materiā abesse significatur, grauitas & ten-
sio materiei sunt indicia.

107. Sed utrum flatus an humor b, grauitate distingui-
tur, quæ non percipitur, nisi adsit humoris alicuius redun-
dantia, & præterea à flatu dolores subito nascuntur, locum
mutant, mitigantur usu digerentium medicamentorum,
contrariis exacerbantur. b 6. Aphor. 5. & 1. ad Glaucon. 15.

108. Ab alijs partibus transmitti uapores iudicabimus, si
reperientur causæ affectionem efficientes, ut plenitudo c,
febris, crisis d, menstrua purgatio, tensio hypochondrij &
rugitas, si malum non semper eodem modo infestet, ueluti
cardialgia & cephalalgia quandoq; à cibo infestant magis,
quandoq; ieiunos e. Præterea si adhibeantur iuuantia &
lædencia, cum quatenus augent uel minuunt affectum alte-
rius partis, eatenus dolorem maiorem uel minorem faciūt.
Verbi gra. si quæ obsunt uel prosunt utero, eadem & capiti

C

dolenti

- dolenti profint uel officiant. e 6. Aphor. com. 29. 1. ad Glauc. cap. 11. d 1. de cris. cap. 7. 2. Aphor. 13. e 2. de placit. Hipp. & Plat. cap. 8.
109. Humoris uerò qui eiusmodi euaporationem efficiat, ex proprijs cuiusq; indicijs coniectura sumenda.
110. Humoris cum intēperie excessus cuiusq; speciatim, iisdem signorum fontibus cognoscitur: sanguinis ex causis prægressis, ex retento sanguine, colore a fluido, dolore uehementi, tensiuo, grauatiuo. a 1. Aphor. com. 2.
111. Bilis ex naturali ad ipsam propensione, ex causis quæ ipsam gignunt, ueluti ætate, temperamento, tempore anni, &c. ex colore cutis, dolore insigni, mordente b, & erodente magis, quàm extendente, excrementis cæterisq; omnibus consimilibus. b Gal. 1. ad Glauc. cap. 15.
112. Naturam uerò & differentiam bilis monstrabunt causæ prægressæ, & maximè dolores, qui uehementiores sunt c ex flaua quàm pallida, intēsiore à uitellina quàm alijs, sicq; de cæteris. c lib. de atra bile cap. 2. lib. 2. de temperam. cap. 6.
113. Pituitæ excessus conijcitur his contrarijs causis, ex euntibus, & maximè dolore, qui rarè est uehemens d, nisi ratione flatuum, minimè acris, & potius cum tensione quadâ ac grauitate infestans, diurnus, contumax. d 12. meth. med. cap. 3.
114. Nisi tamē humor sit salsus & acris: hic enim mordentem parit dolorem cum pruritu insigni & excrementis mordacibus.
115. Melancholiam peccare argumento sunt causæ prægressæ, quæ eiusmodi succum in corpore contrahunt e, & color tum f cutis, tum eorum quæ è parte aff. excernuntur, dolore alijsq; accidentibus idem confirmantibus. e 2. de nat. fac. cap. 8. f 2. de temper. cap. 6.
116. Misti humoris naturam & mistionis proportionem etsi difficile, tamen coniectura quadam ex signis iam positis consequi licet.
117. Cæterum si humores aliunde transmittantur ad locū affectum, ex ijs habebitur signis, quæ excessum uitiosi humoris in aliqua parte aut uniuerso corpore patefaciunt, ex causis nempe & consequentibus effectis: quales sunt g, mensium

menſium ſuppreſſio, aut prona uifceris alicuius diſpoſitio, tenſio hypochondriorum: qualia item excrementa, & maximè urinae *h*, cum quibus ſolet natura ſemper redundantis in corpore ſucci prauī portionem aliquam expellere.

g 6. Aphor. 29. *h* 2. Aphor. com. 15.

118. Inflammatio partis externae ſenſibus ſtatim pateſcit: at interna & quae in abditis eſt partibus, conijci debet, ſignis monſtrantibus ſanguinis exceſſum, partium uicinarum tum caliditate tum rubedine, ex febris, quae ſi non multum à corde diſtet phlegmone *a*, continua exiſtit, acuta atq; uehemens, ex dolore maximo, excrementis coſuetis modò cohibitis, ut in renum & ueſicae aſſectu *b*, modò fluentibus præter nat. ut cum epar aut uentricul. laborant. *a* 3. in 1. Epidem. 2. 2. de feb. diſſ. ultimo. *b* 6. de loc. aſſ. cap. 4.

119. Sed utrum ſincera ſit inflammatio uel *ἰννοσιπυλατώδης*, *οἰδηματώδης*, *σκιρτώδης*, conijcere oportet, ſumpto argumento ex ijs quae maximè uidemus in corpore redundare.

120. Præterea ijs ſignis, quae ſpeciatim cuiuſque humoris exceſſum in parte demonſtrât: uerbi gratia, ſi cerebrum exquiſita inflammatio præhendat *c*, delirientiae ſunt cum riſu: ſi bilis exuperet, deliria ferociora exiſtunt: ſi pituita, comata, ſomnolentiae *d*, lethargi. *c* 6. Aphor. 53. *d* 2. Aphor. 3. 3. in 1. prorrhet. 1. 1. in 3. Epidem. 7. 13. meth. med. 21.

121. Morbus ſolutę ſubſtantię in partibus externis cognitu facillimus eſt: at internus ſi ſit, artiſicioſa coniectura opus eſt, ex ſitu nempe, ex accidentibus, exeūtibus, dolore, actione læſa deſumpta: ueluti contraſiſſuram in cranio uulnerato ſuſpicamur ex habilitate partis iſtæ, ex dolore, delirio, &c. uulnus ſphinctiris ex fluxu urinae cum dolore, urinae in continentia. *a*. de loc. aſſ. cap. 1.

122. Calculus, ſi in ueſica pariat dolorem, facile depræhēditur ipſo tactu: at eum qui in renibus eſt, difficile & non niſi coniectura licet conſequi, ſimilia à diſſimilibus ſeiungēdo. Hipp. & Gal. lib. de ijs quae in arte med. ſiunt, com. 1. tex. 1.

123. Neq; tandem difficile fuerit inueſtigare, utrum adiūgatur his uniuerſis malignitas quędam, ſeu uis naturę prorſus inimica, ex cauſis nempe & maximè ex coſequentibus,

quæ citra manifestam occasionem & supra apparētes mor-
bi vires grauissima sese ostendunt: cuiusmodi præsertim
sunt, maxima uirium prostratio, frequentissima animæ de-
fectio, pulsus extremè languidi, inæquales, inordinati.

124. Futuros dolores & morbos iam memoratos signifi-
cabunt maximè & præcipuè causæ agentes. Etenim degen-
tes in aere calido, in Aquilonio, incurrunt dolores capitis,
pectoris 4, lateris: dediti crapulæ, improbis cibus & exer-
citijs, usi. a 3. Aphor. 5. 5. Aphor. 20. Philos. 1. problem. 3.

125. Et præcipuè quibus languet uentriculus, aut epar, aut
alia aliqua pars malè habeat, quibus uacuationes consuetae
supprimuntur præter nat. aut quocunq; modo contrahatur
sanguinis redūdātia, uel alterius humoris in corpore uitii.

126. His accedit passum probè dispositum, quæ ita simul
iuncta requiruntur, ut, si alterum desit, ἀσύνωσις & prænotio
sit incerta: quippe agens non agit, nisi patiens rectè sit di-
spositum, & materia non nisi ab agente aliquo patitur. Phi-
los. 1. phys. 43. 1. de ortu & int. 22. Gal. 1. de feb. diff. cap. 4. 2. de compos.
per loc. 1.

127. Hinc fit, quòd multi etiam intemperantissimi rarè
cephalalgia aut podagra laborent, alij contra sobriè uiuen-
tes, frequentius laborent: hinc fit, quòd alij minùs, alij ma-
gis & uehementius affligantur.

128. Consistitabilitas & aptitudo ad patiendum in im-
becillitate b, ut quæcunq; pars fuerit infirma, siue à princi-
pijs generationis malè affectis contrahatur infirmitas, siue
post ortum, illa facillè tum admittat uitiosos succos, tum ex
se ipsa producat. b 2. de feb. diff. cap. 11.

129. Consistit hæc imbecillitas ut plurimum in aliqua in-
temperie: uerb. gra. quibus cerebrum est calidum, aut frigi-
dum, obnoxij sunt similis excessus morbis c: quibus os ue-
triculi calidum est & exquisiti sensus, hi solius aceti aut si-
napis usu offenduntur. c Gal. art. med. cap. 14. Philos. 2. de ortu &
int. tex. 25.

130. Prouenit interdū eadem imbecillitas uitio composi-
tionis, ut si caput d proportionè magnum fuerit, & si defi-
ciant futuræ, per quas fuligines atq; excrementa propellit
natura.

natura: Et sanè hæc causa est, cur fœminę frequētius & acerbius capitis doloribus crucientur. *d arte medic. cap. 11.*

131. Quæcunq; itaq; uitiosæ materiæ excessum indicant, aut agitationem, eadē imminentes affectus præsagiunt, in quorum numero habentur urinæ crassæ, iumentorum similes *a*, maximè si, postquam emissæ fuerint, non multo post attenuetur, aut *b* si nihil in fundo resideat attenuatis. *a 4. Aphor. 70. b 1. de crisib. cap. 12.*

132. De euentu futuro, duo potissimū sunt inquirenda: primò, an salus uel mors sit expectanda, deinde quo tēpore: siquidem fit nonnunquam, ut paulò leuior aut grauior reditus morbus, tamen diu perduret.

133. Conijcitur quòdnam ex his sit expectandum, ex uiribus rerum naturalium ac præternat. quæ inter se pugnant, ad inuicē comparatis, necnon ex morbi longitudine *c*: nam tum salus prædici debet, cum uires naturæ maximè exuperant morbum: interitus, cū morbo natura succūbit, eoq; magis, si uigor morbi tardius sit affuturus: ubi uerò neutrum ex his alterum magnoperè exuperat, diutius in eodem statu fore ægrum, existimandum. *c 1. prognost. com. 4. 3. de cris. lib. de artis constitut. cap. 18.*

134. Cognoscimus naturæ uires ex causis, ueluti ex temperamento boni habitus, ex symmetria ac moderatione trium substātiarum, quibus singulæ partes *d* constant, quæ quantò minus recedunt à naturæ statu, tantò maius naturæ robur ostendunt: præterea ex ijs quæ præcessere, & ideo acutum morbum *e* acuto succedere malum. *d 12. meth. med. cap. 5. e 7. Aphor. 10. 11.*

135. Cognoscimus idem ex symptomatibus, quę si parum à naturæ legibus recedant, plurimum ualere naturam, morboq; reniti denunciant, maximè uerò ex proprijs, ut pulsus, actionibus. *lib. de constitut. art. cap. 18.*

136. Conijcitur robur morbi maximè & præcipuè ex morbi specie, ex symptomatum uehementia ac multitudine. *4. meth. med. 6. 3. de cris. 4. lib. de art. constit. cap. 15.*

137. Conijcitur idem robur ex præcedētibus, utpote causis, si longo tempore malum infestarit: ex consequentibus,

si auxilia tentata nihil profuerint: sed & curatio facilis aut difficilis, tuta uel periculosa, cita seu tarda, uehementiâ morbo adesse uel abesse, significant.

138. Certam huius rei noticiam præstant coctionis & cruditatis signa *a*. nam tunc demum de salute uel morte certû feretur iudicium, quando constabit, uictâne sit facultas, uel uictrix: qualia signa habentur potissimùm ex urinis, *b* ex fæcibus alui, sputo, & proprijs affectæ partis excrementis.
a 3. de crisib. cap. 5. *b* 2. in 1. prorrh. 2. 1. de crisib. 4.

139. Præfinitû uerò tempus salutis uel mortis cognoscetur, si sciamus, quantum alterum ualentius sit altero *c*, quamdiu consistere possit alterum, ac quomodo se habeat morbi materia, quoad coctionem & cruditatem. Namq; eò citius exitus expectandus, quò citius alterû deficiat, uel deficere possit, quò citius & expeditius pugnâ natura aggrediatur: uerbi gratia, si accessiones anticipent & magis affligant, si coctio apparere incipiat, uel insignis aliqua fiat mutatio die critico. *c* 3. de cris. 4. 1. de cris. 3. lib. de artis const. 18. 1. aph. 12.

140. Non est itaq; contemnendus morbus, quicumq; cerebrum afficit, aut os uentriculi, aut aliam partem nobilem: & quamuis minimus interdum uideatur, uehementia tamê aliqua non caret.

141. Poller uehementia omnis intemperies, quæ principè partem obsidet, ob præstantiam loci affecti *d*: uiget essentia uehementia, cum excessus est magnus, cum non congruit naturæ *e*, ætati, &c. *d* 7. meth. med. 13. *e* 2. Aph. 34. 3. Apho. 3.

142. Speciatim uerò mitiores censentur nudi affectus, cōiunctis cum materia: & simplices calidi seu frigidi, compositis ex pasciuis *f*: & schetici hectici *g*, præsertim frigidis & siccis: item qui cum uaporibus existunt, illis qui cum humore: & qui cum tenui ac pauco sunt, siue uapore siue humore, contrarijs habentur benigniores. *f* 7. method. med. 5. *g* 1. ad Glauc. 15. 1. de tuenda san. 1. 2. de temper. 6. 7. meth. med. 5. 6. 7.

143. Frigidi & crassi humores si associantur, robur morbi, quo naturæ fortiter resistit, significatur, & eò maius, quò humor fuerit crassior, uiscidior, quoq; magis à naturæ statu hæc omnia recesserint.

144. Qua-

144. Quare malum est in cephalæa, si nihil per nares ex-
cernatur concocti, sed sicca & cruda sint omnia: quippe im-
pactos humores significat, & ueluti incuneatos partibus af-
fectis. Hipp. 1. Aphor. 12. 5. Epidem. tex. 101.

145. Malum, si diarrhœæ spumose exeant initio, morbo a
nihil remittente: melius, si per eiusmodi affectus febris egro
superueniat b, si uacuationes consuetæ fluant, & maximè
si coctio c in excrementis uideatur. a 2. in 1. prorrh. 3. & 18.
b 5. Aphor. 70. c 1. Aphor. 12.

146. Quo tempore salus est diarrhœam aduenire d, aut
abscessus post aures nasci, aut ulcera capitis manantia, uari-
ces. d 4. Aphor. 23. 6. Aphor. 21. & lib. de morbo sacro.

147. Fit nõ raro, ut quauis morbus nondum magnus sit, ta-
mè maximi habeatur, cum timetur mali in peius transmutatio:
ueluti cephalæa, si longo tempore affligat, urinæ tenues & cru-
da omnia diutius conspiciantur, cæteris paribus, uerendum, ne
in apoplex. epileps. aut νόμα (maximè in dispositis e, ut seni-
bus) fiat transmutatio. Sic laterum, intestinorum, renum dolo-
res, cum diu perseuerant, inflammationem affectæ partis mi-
nantur: sic ore uentriculi f laborante, conuulsiones immi-
nent, epileps. syncop. &c. e 3. Aphor. 31. f 5. de loc. aff. 5.

148. Inflammatio, si partem nobilem præhendat, multis
nominibus plena est periculi, inflammatio (exempl. gra.) ce-
rebri, in qua omnis uiget rerum præ. nat. uehementia, ob
maximam affectæ partis dignitatem, actionem principem
læsam, consensum partium principalium.

149. Ratione essentiæ summa aderit uehementia, si insignis
fuerit recessus à natura, secundum morbum, causas, sym-
ptomata: ratione dignitatis, si magis cerebrum occupet hu-
mor quàm membranas, ac si usq; adeò adaucta phlegmone,
materia corpori cerebri permixta confusaq; hecticâ demen-
tiam efficiat. certum est enim, omnibus numeris uehemen-
tissimum morbum futurum. 1. in 1. prorrh. com. 1.

150. Hinc magnificiendæ sunt in hoc affectu g uigiliæ, &
delirium, si sit uehemens, uelut emissio h urinæ in lectum,
uociferatio, inquietudo, uomitus i, alui fluxus biliosi, apho-
nia k, oculorum conuulsio. g 12. meth. med. 1. h 1. in 1. prorrh.

18.3.in 3.Epidem.75. i 3.in 3.Epid.57. k 1.Epide.55.5.Aphor.1.6.Aphor.10.3.de crisib.10.

151. Adimit spem omnem uirium imbecillitas, & consequenter cruditas, ac quæcunq; cruditatem denunciant, ueluti defectus excrementorum per nares, urinæ albæ, pellucidæ. 5.Epidem.52.2.in 1.prorrhct.18.1.Aphor.12.

152. Securius est morbus, si coctio appareat, si per nares humidi quid exeat & concocti. a Expectanda tunc est crisis salutaris, b ac breui affutura. a 7.Epidem.52. b 1.Aphor.12.

153. Et crisis quidem uel per uacuationem materiæ morbificæ, uel putredinem insignem, uel suppurationem. lib.de inæq.intemp.cap.3.

154. Vacuationem dico tum sensibilem, tum insensibilem c, superante natura: putredinem redundantis materiæ, & consequenter partis affectæ d, superata natura. c 2.Aphor.47. 1.prognost.47. d 1.de feb.diff.6.

155. Suppuratio fit, cum partim uincit natura, partim succumbit. Succumbit, hamore ex parte putrescente: uincit deinde quæ corrumpi cœperant, & ad benignum reducit uniuersa. lib.de inæq.intemp. cap.3.5.simplic. fac. cap.6.

156. At separatio utilis ab inuiti periculosa est, & ideo nisi uiam conuenientem inueniat natura, moritur æger, superueniente apoplex. caro, alioue affectu consimili. 4.de loc. aff. cap.2.

157. Si uerò affecta his omnibus corpora curare dogmaticè uelimus, uia indicationum auxilia sunt inuenienda, auxiliorumq; materiæ inuestigandæ.

158. Quæ quidem diuersæ sunt indicationes, pro indicantis diuersitate. Nam si simplex sit affectus à quo fit dolor, si causa eius absit, simplex e nascitur indicatio, ablationis per f contrarium: sin causa adsit qua foueatur, huius causæ ratio imprimis est habenda, ita tamen ut alterum non negligatur. e 10.meth.med.1. f 2.de nat.hum.com.1. 2.Aphor.22.art. medic. cap.89 2.ad Glau.2. & passim.

159. Ut autem ex rei natura rectè quid cōsequi possimus, ad particularia descendere oportet, & ad indiuidua deuenire. 3.meth.med.1.11.meth.10.

160. Itaq; ut de omnibus sigillatim transigamus, excessus caloris sine materia, oppositam uictus rationem exigit, atq; opposita remedia, interna & externa.

161. Qualia remedia sumuntur ex stirpibus refrigerantibus, siue earundem succis, aut infusionibus, quæ uel prout suapte naturâ sunt, uel tepida, uel magis refrigerata, uel admisto etiam uehiculo sunt adhibenda, prout caloris excedentis gradus requireret, & affecta pars tolerabit. 2. de compos. per loc. 1. 7. meth. med. 13.

162. Remittitur frigoris excessus his cōtrarijs, nempe tum uictus ratione, tum maximè alterantibus, loco conuenienti, forma, tempore, mensura, adhibitis.

163. Siccitatem emendant a, alimenta boni humidiq; succi, somnus largior: exterius frictiones b quantitate & qualitate mediocres, i. α. β. γ. δ. ε. perfusiones & balnea aque tepidæ incoctis emollientibus atque humectantibus, uelut & illitiones hydrolei, siue olei amigdalini, butyri, æsypi hum. d & pinguedinum. a 7. meth. med. 6. 14. meth. med. 16. b 2. de san. tuend. 4. c lib. de marc. cap. 6. 10. meth. med. 10. 2. de simp. fac. 25. d 14. meth. med. 7. 11. de simp. fac. cap. prop. Dioscorid. lib. 2. cap. 81. 84. 86.

164. Quòd si flatus cum intemperie pariant dolorem, siue crassi, siue tenues, ex quacunque materia, aut quocunque moueantur: commune omnibus præceptum est, ut à parte dolente fluxio auertatur, & materiæ confluxæ, partis dolentis, necnon mittentis ratio habeatur. 1. ad Glau. 15.

165. Perficitur auersio flatus ab affecta parte, non solum proprijs reuulsione præfidijs, sed maximè ijs, quæ materiæ ex qua ille nascitur, educant.

166. Ergo si à uentriculo fiat euaporatio, siquidem aliunde humor confluat in uentriculum, auertetur simul & euacuabitur, immisis frequenter in anum clysteribus e, quorum uis ad uentriculum quoque ex accidenti pertingit, adhibitis frictionibus & ligaturis partibus extremis: sin nihil affluat amplius, & materia in cauitate contineatur f, uomitū protinus euacuanda, uel clysmate siue pharmaco le-

D niente

niente subducenda: **i**mpacta uerò tunici uentriculi crassiores
 bilis g aloë detergetur, uel alio simili. **e** 1. ad Glau. 15. 12. meth. 8.
 13. meth. 17. **f** 1. ad Glau. cit. 7. meth. 9. **g** 1. de comp. per loc. 1. 7. meth. 9.
 167. In cruditatibus similiter, si quod incoctum est, con-
 tineatur in uentriculo, citam sui uacuationem postulat: ac
 proinde utilis censetur crapulosis repetitio cibi, aut ab
 ebrietate hesternā, si nausea afficiat, potus uini reitatio, ut
 nausea magis commota, quod ingestum erat, reddatur.
 168. Quod si discesserit ē uentriculo crudus humor, ex-
 plorate oportet, iniecta hypochondrijs manu, qua ille parte
 contineatur **a**: etenim si in superioribus intestinis & me-
 senterio adhuc hæreat, abstinentia & quiete opus est, donec
 concoquatur. Et ideo tunc perniciosum statuimus uulgare
 præceptum, hesternam crapulam matutina ingurgitatione
 profligandam. Sin uerò ad inferiora intestina & amplas ca-
 pacitates promotus fuerit humor, clystere **b** commodissi-
 mē educetur. **a** 8. meth. 5. 4. acut. 4. 4. **b** 13. meth. med. 17.
 169. Curatio loci mittentis fit, dum exhauritur materia,
 quæ in ipso redundat: dum corrigitur quælibet eius immo-
 deratio, ut ne noua similis materiæ fiat coaceruatio. 7. meth.
 11. 1. ad Glau. 15.
 170. Confirmatur pars accipiens per repellentia medica-
 menta, refrigerantia uidelicet & astringentia: uerb. gratia,
 uenterculus æstuans bile aliunde affluente, succo citri, suc-
 co granatorum, omphacio: caput oxýrrhodo. 1. ad Glau. 15.
 2. de comp. per loc. 1. Dioscor. lib. 5. cap. 6.
 171. Habetur postremo loco ratio materiæ confluxæ, ca-
 lescentibus, aperientibus & extenuantibus, passim ob-
 uis: lib. de trem. palp. & rig. cap. 5. 12. meth. med. 8.
 172. In sanguinis cum intemperie excessu, prima se offert
 indicatio uacuandi id quod præter nat. in parte redundat: cū
 hoc fieri non potest, nisi, qui affluit humor, retrocedat: re-
 cedet autem tum retractus repulsusq; à parte affecta, tum
 maximè causa fluxionis sublata: quare si fluat ob tenuita-
 tem, uel attrahatur calore aut dolore, uel expellatur ratione
 copię, in horum ablatione **d** cōsistet auersio. **c** 13. meth. med.
 1. & 6. **d** 13. meth. 6.

173. Ac plenitudini remouendæ quandoq; inedia satisfaci-
cit & uisus tenuis, interdum præterea sanguinis detractio
requiritur, secta uena, quæ partem affectam respiciat: ut si
menfes supprimantur *a*, uenæ pedum, aut si nulla pars præ-
cipuè sit affecta *b*, ex uia communi, uacuandi totius gratia.
a lib. de cur. per miss. sang. cap. 11. *b* 1. Aph. 3. 5. meth. 14. *Calius Aureli.*
lib. 2. cap. 13.

174. Ad auertendum humorum concursus, conueniunt,
frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ cum scarificatione cutis:
sed nulla sunt aptiora præsidia *c*, quàm sectio uenæ, si uires
ac cætera permittant, & affectus postulet *d*, usq; ad animi
defectum. *c* 12. meth. med. 8. *d* 1. Aphor. 23. 14. meth. 11.

175. Quæ omnia & remotis ab affecta sede locis, & ui-
cinis quoque utiliter adhibentur: ueluti capite laborante
non solum lumbis, aut cruribus, sed & scapulis, & deni-
que ipsi capiti uacuantia atque reuellentia præsidia admo-
ueantur.

176. Conferunt ad idem medicamenta lenientia, & quæ
tenues humores, sanguinis uehiculum moderatè extrahât,
siue ore assumpta, siue inferius iniecta.

177. Valent, his peractis, ad repellendum, refrigerantia &
roborantia, parti laboranti *e* applicita, permittis in progres-
su morbi ijs, quæ modicè digerunt, quod receptum fuit.
e 13. meth. 6. 3. simplic. 10.

178. Restat localis uacuatio, quæ uel sensibilibus perfici-
tur, ut in capitis affectu, secta uena *f* frontis aut narium: uel
etiam occultè digerentibus medicamentis. *f* 5. Aphor. 68.
6. Aphor. 10.

179. Iidem scopi eliciuntur, si bilis præter nat. in parte re-
dundat. Perficitur autem totius uacuatio tum *φαρμακεία* &
medicamentis, tum chirurgia: ex *φαρμακεία* initio lenientia,
ex chirurgia utilis est parcior sanguinis detractio, si præter
nat. alios humores excedat.

180. Auerio opportunè fit uinculis & frictionibus circa
partes à dolente distantes: quin etiam moderata deiectione
bilis, per *χολαγωγόν* medicamentum, uel liquorem clystere
intestinis immissum *g*, quamuis coctio *h* nondum sit per-

D 2 secta.

fecta. g 12. meth. med. 8. 2. de comp. per loc. 1. h 1. Aphor. 23. 4. Aphor. 10. 5. meth. med. 6.

181. At quando hæserunt aliqua parte humores & consistunt, nec medicamento, nec ulla ratione mouendi, donec superentur à natura, & appareant uictoriæ indicia. Quo tempore si nihil mouerit natura, aut non sufficienter, adiuuetur pharmaco, quod citra calefactionem aut quodcunq; incommodum bilem moderatè educat. 4. Aphor. 1.

182. Acubi uideatur non posse uniuersum quod noxium est, per aluum educi, tentandum alijs uijs reliquias expellere, imitando semper naturam. 2. Aphor. 15.

183. Itaq; alijs præmissis, licebit corpus moderatè rarefacere, frictionibus, balneis, exercitijs moderatis, usu diureticorum. 11. meth. 9.

184. Confirmanda est pars ægra stypticis moderatè & refrigerantibus, à quibus deinde ad ea paulatim procedendum, quæ è parte materiam extrahant occultè, si non possit sensibilibiter educi, qualia sunt digerentia & attenuantia. a 2. de comp. per loc. cap. 1. 1. ad Glauc. 15.

185. Idem est de pituita iudicium: quod confluxit, euacuare oportet: quod adhuc confluit, reuellere, repellere, deriuare: quod in uniuerso corpore redundat, aut aliqua parte, expurgare.

186. Pro uacuatione totius nec frictiones, nec exercitia, nec balnea sufficiunt: sed uerè confert inedia b, uictus tenuis, & si cum sanguine permista sit in uenis pituita, nec aliquid prohibeat, satis tutum erit c, modicum sanguinis detrudere. b 2. de rat. uict. acut. 30. lib. de art. constitut. cap. 19. c lib. de cur. per miss. sang. cap. 10. 8. meth. 4. 13. meth. 21.

187. Ad perficiendum retrocessum, frictiones adhibeantur, uincula, cucurbitulæ, sinapismi ac inustiones, quibus ulcera in cute excitentur, locis non admodum distantibus à dolente parte, & maximè ab ijs unde fluxio uenerat.

188. Cruda non sunt mouenda d. itaq; initio prætermissa quacunq; insigni uacuatione, toto interim tempore cruditatis, coctioni redundantia incumbendum: per ea nempe quæ e uim habent incidendi, extenuandi, & unà remissum præcipuo-

præcipuorum uiscerum calorem fuscitandi, acroborendi.

d 1. Aphor. 22. 2. Aphor. 29. 2. in 1. Epidem. 37. 4. derat. uict. 22. 44. e 5. Aphor. 21. 5. simplic. 6.

189. Vifa coctione, si natura id non efficiat, purgandum agarico a, cartamo, hiera & similibus, quæ uarijs modis misceri & præparari possunt, sed præ alijs commendatione dignus est modus, cum sorbitionibus b seu alimentis, si miscantur. a Dioscor. lib. 3. cap. 1. Gal. 6. simpl. cap. prop. b Hipp. 2. acut. 11. 4. acut. 18. & lib. de morbis. Gal. 13. meth. med. 15.

190. Opportuni sunt in hunc usum clysteres c, ex acioribus stirpibus ac seminibus, siue etiam pharmacis aluum irritantibus, potissimumq; quando partes superiores pituitosi succi fluxione tentantur. Nam ubi inferiores magis laborant, uomitus, potiss. à cibo, summopere conducit. c 12. meth. med. 8. 2. de comp. per loc. 1.

191. Vbi maior portio pituitæ fuerit per aluum educta, expedit quod reliquum est, per urinam ac sudorem uacuari d; & ideo si diuturna passio fuerit, uiresq; permittant, conueniet Guaiaci & salsæ decoctum, additis ijs quæ proprietate parti affectæ student. d 2. Aphor. 15. 11. meth. 9.

192. Localis demum fiet uacuatio calefacientibus, exiccantibus atq; incidentibus medicamentis: aut si excretioni pateat uia, manifestè uacuantibus præsi dijs.

193. At salsa si fuerit pituita, mitiora sint medicamēta, tum quæ uniuersum corpus respiciunt, tum quæ partem ægram, ut quàm minimè calefaciant, sed leniant, attemperent, simulq; moderatè incidunt.

194. In melancholia eadem est curandi methodus: conuenit & hic, si cum sanguine permixtus succus appareat e, & cætera permittant, sanguinis missio, præcipue è uenis f sedalibus. e Gal. lib. de cur. per miss. sang. cap. 8. Actius lib. 12. cap. 34. f 6. Aphor. 21. 5. Aphor. 34.

195. Humectatio multa utilis est semper: at incidere & extenuare non æquè tutum, nisi humor sit frigidus, minimè exustus.

196. Concocta materia, nisi natura expurget, succurrendum filicula g, epithymo, cnico, cum sorbitionibus exhibi-

tis: aut si iterāda sit uacuatio, & ualidioribus egeamus, corticem hellebori *b*, aniso, dauco alijsq; odoratis correctam, cum pisana miscebimus. *g* 13. meth. 13. *h* Hipp. & Gal. 2. de uict. acut. com. 11.

197. Post ad localia ueniendum, pars affecta roboranda per repellentia, à quibus deinde ad ea quę moderatē calefaciant, attenuent, digerant atque emolliant. *Auic. lib. 3. Fen. 22. cap. 7.*

198. In phlegmone similiter præfixos habere oportet scopos eosdem, fluxionibus omnibus cōmunes: perficitur autem uniuersi uacuatio maximē & præcipuē sanguinis detractione *d*, qua eadem & auersioni satis fit, secta uena ē directo partis mittentis, ut & scarificationibus, ligaturis. *a* 12. meth. med. cap. 8. 13. meth. 10.

199. Perficitur repulsio refrigerantibus, astringentibus & roborantibus *b* partem affectam, antē expositis: deriuatio uerō fit, si ad proxima loca, & ad quæ citra quodcunque periculum id fieri possit, alliciatur: quod spectat uena secta ē regione partis inflammata: siquidem huiusmodi, sicuti auertendo nonnihil deriuat, ita deriuando non parum auertit. *b* 13. meth. 10.

200. E' parte affecta sit uacuatio, uel sensibiliter secta uena, uerb. gratia, in angina *c* sub lingua: uel insensibiliter digredientibus medicamentis. *c* 4. de rat. uict. acut. 30.

201. Quod si nulla ratione extrahi possit affluxa materia, alterum horum expectare oportet *d*, uel extremum naturę interitum per gangrēnam & sphacelum, uel saltem uincendi impotentiam. *d* lib. de ineq. intemp. cap. 3. & 1. de feb. diff. cap. 6.

202. Impotentiam dico, cum ex parte deficit natura, suppurata materia morbigica, uel planē indurata, ac uelut in casei naturam conuersa *e*, ob tenuium partium digestionem. *e* 2. ad Glauc. 5.

203. Coniicitur suppuratio, ex habilitate materiæ quæ phlegmonem excitat, ex consequentibus, ut si pleuritis intra 14. dies non expurgetur, febris, dolores, ac cuncta grauiora fiunt. 5. Aphor. 8. 2. prognost. 52. 60. 1. de crisib. 17. *Auic. lib. 3. Fen. 2. tract. 4. cap. 11.*

204. Indu-

204. Induratos esse humores, deprehenditur tum ex diuturnitate morbi, tum etiam, si externus fuerit affectus, ipso tactu.

205. Ergo quando constat futuram suppurationem, dummodò ea non afferat graue aliquod periculum, adiuuanda est per medicamenta calida, humida *a*, atq; emplastica: sin uerò in scirrhum conuertatur inflammatio, resoluentibus *b* atq; emollientibus agendum. *a* *s. simplic. cap. 3. & 9.* *b* *2. ad Glauc. 5.*

206. Vermes qui dolorem faciūt, interficiendi sunt ac deturbandi, per usum Rheub. aloes, hieræ, & aliorum quæ ex aloë parantur, per iniectos in aluum clysteres ex lacte, ex liquoribus dulcibus: quinetiam uiui expelluntur, sed stupefacti & quasi semimortui. *14. meth. med. cap. ultimo.*

207. Amouebitur calculus & expelletur à natura, si medicus opem ferat dilatando & aperiendo uias, quantum fieri potest, per medicamenta moderatè relaxantia, interna atque externa *c*: at si magnus fuerit calculus, ut transitus nō permittatur, comminui & conteri debet per ea quæ incidunt & attenuunt *d*, tepida facultate prædita, seu quæ proprietate substantiæ id præstant. *c* *2. Aphor. 9. lib. de renum aff. cap. 4.* *d* *10. de comp. per loc. 1. lib. de ren. aff. cit.*

208. Vbi adeò durus fuerit lapis, educto uniuerso per concretionem humido, ut dissolui minimè possit, unicū restat auxilium, quo per incisionem parata uia extrahatur, ætate, tempore ac modo conuenientibus. *Gal. lib. de renum aff. cap. 2.*

209. Solutę unitatis morborum recta curatio, duplicis indicationis auxilio absoluitur: si quidem unio naturę sit minus, incumbit medico, opem naturæ ferre, & impedimenta remouere. *3. meth. 4. 5. in 6. Epid. 1.*

210. Roboratur natura auxilijs immoderatos primarum qualitatum excessus corrigentibus, & ijs quæ utile alimentum ad unionem parti necessarium subministrant.

211. Tolluntur impedimenta, si figura aut situs diuisę particulæ, quando unionem prohibet, permulentur, si copiosi sanguinis affluxus inhibeat, feruor & acrimonia attemperentur, uitium expurgetur, & quod in parte prouenire solet

folet excrementum, aut si quid aliud insit heterogeneousum, segregetur, idq; tum antè dictis præsijs, tum alijs passim obuijs. Hipp. lib. de ulcer. Gal. 3. meth. med. 10. 4. method. 5.

212. Quod si qualitas maligna pariat dolorem, siue spiritibus, siue humoribus aut solidis infideat, siue per assumpta aduenerit, siue morfu, aculeo, aut quocunque contactu, ut caput, exemp. gratia, petit, reuellenda à parte dolente & repellenda, ut naturæ nostræ prorsus inimica penitus extirpanda est è corpore, atq; ut uires multum deijcit, hic uirtutis lapsus celeriter & optimè nutrientibus alimentis corrigendus.

213. Ad reuellendum & repellendum suprà dicta sufficient. Eradicatio autem tribus fit modis a: uel alexipharmacis, quæ tota agunt substantia, uel alterantibus primas ueneni qualitates, conseruantes b formam, sicuti frigidum uenenum calefacientibus, calidum refrigerantibus, uiscidum ac putridum incidentibus exiccantibus, corrosiuum epicerausticis ac lenientibus, c (his enim forma, & quæcunque ipsam consequuntur, proprietates tolluntur omnes) uel deniq; euacuâtibus præsijs. a 5. simplic. 13. lib. de constitut. art. cap. 19. b Philos. 2. phys. 26. & 42. c 4. meteor. summa 1. cap. 2. Gal. loc. cit. & 4. method. 5.

214. Vacuatio scarificationibus fit multis ac profundis partis d ueneno ictæ e, applicitisq; calefacientibus medicamentis, & quæ proprietate substantiæ foràs trahunt, aut si per os fuerit assumptum uenenum, necdum distributum, uomitorijs & lenientibus: at purgantibus, quando iam in uenis abiit uenenum, aut cum ex ipsismet humoribus corruptis tale quid fuerit productum. d 3. meth. med. 8. e 5. simplic. fac. 18.

215. Quo tempore expediet urinæ quoq; & sudoris uias aperire ac rarefacere, f ne quæ remaneant malignæ qualitatis in corpore uestigia: quare agendum aperientibus diureticis, & præsertim theriaca g, qua ferè nihil præstantius. f 11. meth. 9. 2. Aph. 15. g lib. de theriac. cap. 2.

216. Huc referuntur extremè calefacientia, quibus uniuersum quod infectum est, penitus destruitur, ut si uenenum

num solidis partibus firmetur, & aliorum remediorum uim contemnat: in quem modum ulcera cacoethica & caries malignæ sæpè causticis medicamentis atq; igne sanantur: quinimò in præsentaneis ferarum ictibus, pars integra, si extrema sit, amputatur.

217. Tota substantia cum uenenis pugnant antidota & alexiteria, tam generatim, quàm speciatim aduersa, ueluti terra lemnia *a*, theriaca, bezoartica omnia, uocatis simul in præsidium proprijs alexipharmacis: ueluti luem ueneream egregiè impugnat lignum Indicum, salsa paril. china, hydrargyrum, & quæ ex ijs artificiosè parantur. Contra uirus canis rabidi pugnandum *b* cancris fluuiatilibus exustis, &c. *a* Gal. 9. de fac. simp. cap. de terra Samia. lib. de antidot. cap. 1. *b* 11. de simp. fac. cap. prop.

218. Admiscenda sunt hæc alterantibus: ut si calidum fuerit uenenum *c*, succo acetosæ, succo citri, camphoræ: si frigidum, uino, allio *d*, croco, aromatibus: si putridum aut uiscidum, ut quæ fungorum esu creantur *e*, aceto: lacti uero, unctuosus & uiscidis, si *f* erosione lædat. *c* Dioscor. lib. 1. cap. 168. *d* 6. in 6. Epidem. 5. *e* Dioscor. lib. 5. cap. 14. Gal. 1. simplic. 20. 3. de alim. fac. 68. *f* 5. de simp. fac. 18.

219. Sed hic doloris sæuitia ordinem sæpè peruertere cogimur, & contra symptoma alijs intermissis pugnare, quando nempe causæ naturam assumit, ut metus sit, ne ægrum opprimat, & ad syncopem deducat. 12. meth. med. cap. 1.

220. Indicatur enim ablatio doloris cita, ideoq; non per ea quæ causam doloris impugnant, cum expectari curatio causæ non possit, sed quæ uel causæ impetum remittant ex parte, uel ipsius patientis uim atq; habilitatem infringant.

221. Consistit apertitudo ad patiendum sensu tactus: itaque sensum partis remouere oportet ad tempus.

222. Minuunt agentium causarum robur lenientia seu anodina medicamenta *g*, nempe uel relaxantia, uel acrimoniam & immoderatos excessus temperantia, & quæ simul digerant aliquid de causa doloris. *g* 12. meth. med. 8. 5. simplic. fac. 19.

223. Laxat inunctio hydrolei, siue olei amigdal. dulcis, aut alterius

alterius similis. Temperat acrimoniam perfusio aquæ tepide dulcis, siue stillatitiæ maluarum aut uiolarum, siue in qua eius generis stirpes iacuerint & bullierint.

224. Valet ad idem & simul ad digerendum fomentum cum spongia imbuta aqua dulci calida, aut decocto maluarum, camomill. melilot. &c. uelut & omenta ac pulmones animalium recens mactatorum.

225. Tollunt sensum medicamenta stuporem ac torporem *a* inducentia, cuiusmodi narcotica, & quæcunq; somnifera: quorum tamen usus temerè tentandus non est, præsertim laborante parte *b* frigida & exangui. *a* 5. *simplic.* 19. *b* 5. *Aphor.* 18. 6. *Aphor.* 31. 12. *meth. med.* 8.

226. Vnde alijs omnibus frustra tentatis, si dolor adeò urget, ut metus sit, ne æger succumbat, ad eius generis præsidia *c* confugiendum, sed correctæ & externa potius, quàm assumpta: in quorum censu habetur perfusio multæ aquæ frigidaë *d*, opium denti dolenti inditum, croco correctum, aut alio *e*, quod noxam deleterij medicamenti corrigat.

c 12. *meth. med.* 1. & 8. *d* Hipp. 5. *Aphor.* 25.

e 6. in 6. *Epidem.* 8.

F I N I S.

